



**Historia De Vita, Moribvs, Rebvs Gestis, Stvdiis Ac
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.
Martini Lvtheri, Philippi Melanchthonis, Matthiae Flacii
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melanchthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et
Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

- I. Examen super Melanchthone, Lutheranusnè an Caluinianus in extremis
fuerit.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

ANNO
1530.

Melancht.
hypocrita.

thon quidem ab hoc colloquio benigniorem in Sacramétarios affectum habuisse videtur; quem imprimis eo tempore prodidit, cùm Lutherus vltimam de Cœna Domini Cofessionem emisit, vt suo loco dicemus. Nec dubitant Sacramentarij, quin Melanchthon, cū prius ab an. 1536. ad Sacramentarios inclinaret, sub id tempus Caluino se totum adiunxerit; tametsi mentis secretum propter Lutheri tyrannidem, de qua postea conquestrum aiunt, non fuerit ausus publicè profiteri. Itaque hypocritam faciunt Melanchthonem, qui contra genium, imò reluctante conscientia vixerit quidem inter Lutheranos, sed animo totus adhaeserit Sacramentarijs, eamque rem perpetuò dissimularit.

C A P V T I X.

- I. Examen super Melanchthonem, Lutheranus nō an Caluinianus in extremis fuerit.
- II. Lutheranorum Melanchthonem sibi vendicantium rationes numero nouem.
- III. Caluinistarum eundem suis partibus adiungentium rationes totidem.
- IV. Melanchthonis inexcusabilis fraus, inconstantia, & perpetua inter Lutheranos miseria.

I.
Quæst. I.
An Melan-
chthon in
extremis
fuerit Cal.

CAETERVM, quia in hunc sermonem incidimus, breuiter hoc loco discutiamus quæstionem illā, quæ de Melanchthonne inter Lutheranos & Caluinistas hoc tempore multū agitatur, scilicet, An Lutheranus fuerit

sacerit extremis annis, an verò Caluinianus? ANNO
 Nostra sanè parum interest, cuius factionis 1530.
 ille fuerit, quem Catholicum non fuisse sci- uinianus,
 mus: Verùm, quia res hęc ad vitam & mores an verò
 ipsius cumprimis pertinet, prætereunda non Lutherā-
 erat hęc controuersia : de qua statuet quod nus?
 visum fuerit Lector. Et Lutherani quidem II.

molliores Melanchthonem sibi totum vin- Lutherā.[¶]
 dicant, eumqüe contendunt ad mortem vsq; norum pro
 Lutheranum fuisse; licet animo nonnūquam eo senten-
 forte vacillarit. Id verò his rationibus su- tia, & ra-
 dere conantur; Principio, Quod Bucerus & tiones.

Oecolampadius ab initio certaminis Eucha- Marb. in
 ristici, ad annum vsque 1529. frequenter per- expl. verb.
 tentarint Melanchthonis animum, eumqüe Cen. c. i. fol.
 ad Sacramētariam factionem magno studio 24. 25. 26.
 conati sint pertrahere; verùm id aiūt frustrà Selv. in vte.
 semper fuisse; cùm ille fraudes Sacramenta- Conf. de
 riorum, & insidiosas machinationes pruden- Cen. H. I. a.
 ter eluserit. Secundò, Quod in Colloquio b. &c.
 Marburgensi an. 1529. primum, deinde anno 2.

1530. sequente in Comitijs Augustanis Lu-
 therò contra Zwingliū, Oecolampadiū, Bu-
 cerum, Capitonē constáter adhæserit, nec se
 paſlus fuerit vllis rationib. induci, vt Zwinglianos vel haberet pro fratribus, vel ad sub-
 scribendam Protestantium Confessionē ad-
 mitteret: Imò quod sub idē tépus durantibus
 adhuc Comitijs, ad detegendā Buceri frau-
 dulētiā articulos de Eucharistia scripserit, in
 quibus lögè aliam esse suā & Lutheri, quam
 Buceri cæterorumq; sententiā demonstrauit.